Varia opera ut patet ex indice

Theocritus et Hesiodus Poetae.
Fratris Baptistae Mantuani Poesis
Pomponius Historia Romana
Valerius Probus de interpretandis Romanorum nominibus
Marulli Poetae Epigrammata.

Hieronymi Balbi Poete Epigrãmata

Hieronymi Balbi poete. Oratorisq; celeberrimi Epigrāmaton opus feliciter incipit

Spectabili/et generoso viro guillermo de rupe forti serenissimi francorum regis cancellario

Cum versus ex ingenioli nostri riuulis emanantes tuo nomini dedicare statuissem: Venit in mētem non illud Catullianum: cui dono lepidū nouum libellū? Sed amarcoteron/et verius: Cui dono tenuem/rudem libellum? tibi Guillerme/ tibi inquā vir omni laude digne: qui celo tue emēdationis hec nō miratione digna: sz paucis litteris additis miseratione decorabis. Nec me preterit multos fore qui hec acutis naribus et caperata fronte censebunt. quibus neq; succenseo. quid eni ab adolescentulo parū erudito/in dicēdo hiulco/nisi aliquid rude et nullo lepore conditum expectent. Tu autē cum nihil ages: his deliramētis ridebis. vt q; aliquid agas nugas nostras emēdabis. quāq; ineptiis censura minime opus sit. Nam(vt lepidus poeta docet)emēdare iocos vna litura potest/ Reliquū est/vt si libellos nostros nō famam: sed infamiā subituros existimes: vulcano/vel deucalione adiuuante/eos ab omni lima et critico liberes. Vale.

Ad eundem

Docte maroneo Guillerme canende cothurno/
Qui tibi de forti nomina rupe trahis
Jam thebana satis/satis et ciuilia noscis
Bella/cothurnati pone Maronis opus
Aspice nunc Balbi noua carmina carmina nobis
Jmparibus dictat vecta thalia rotis.

Mox grauiore lyra (veniat modo serior etas)
Cantabo heroo bella cruenta pede.
Carminibus regum celebrantur facta/ducumq̃;
Carmen amat quisquis carmine digna facit:
Gaudet tuscus eques flacco/cesarq̃ marone.
Tu mihi tuscus eques: tu mihi cesar eris;

Ad petrum dandolum

Cum mihi sis pylades/cum sim tibi fidus Orestes:
Cur ego disparili conditione fruor?
Sunt tibi cadmeo bis tincte murice vestes.
Est vestis nigro tincta colore mihi.
Venit Erythreis tibi gemma petita sub vndis:
At premit articulos vitrea gemma meos.
Sunt tibi dardanijs radiantia tecta columnis:
Est casa: que casus indicat vna mihi.
Sunt tibi priscorum numerosa volumina vatum
Est mihi pro cunctis/nux ego iuncta vie;
Ostrea te replent. nos cepa/et sectile porrum.
Tu famulos pascis/vix ego pasco canem.
Si mihi vis pylades/si vis sim fidus Orestes/
Vel pauper fias: vel dato R̃ y̅na philon.

In paulũ astrologum

Noscit ephimeridas/Circeaq̃ carmina Paulus.
Stelligere noscit sidera clara domus
Tympana quid Cibeles: numen quid portet anubis:
Linigereq̃ tenet candida sacra Iouis.

Pullorum quid fibra velit! quē monstret Osiris
Somnia: quid volucrū turba canora ferat.
Sidera cū teneat: secretaqꝫ noscat olympi!
Ante pedes quod habet! non tamē iste videt?

De horologio

Ut tacite assiduis labuntur cursibus hore:
Sic fugit aligero vita caduca pede?

Ad antoniū maurū

Quid geminas vna queris sub nocte puellas?
Que iungant placidis basia mille iocis!
Dulcia que figant certantibus oscula linguis:
Et pariter surdū murmur vtrunqꝫ sonet:
Iungaturqꝫ femur femori/ meliora requiras!
Quid facies? cum sit mentula nulla tibi?

Ad petrū dandolū

Prandia/ cena/ sopor. nostrum disiūgit amorē!
Ite et abite a me prandia/ cena/ sopor
Prandia cena/ sopor mortalia corpora nutrit.
Nos alit vnus amor/ nos alit vna fides

Ad iuliā de hyeme

Frigidus ethereas iam spargit aquarius vndas:
Et leo stagna petit.
Iam glacialis hyems rapidis circūdata ventis
Frigore nectit aquas.
Non solito rutilāt gemmantia signa nitore!
Nec vaga luna micat.

Fusca nec albētes pingūt violaria campos:
Sub niue terra latet:
Garrula torpet auis/cōcretis clausa sub vndis
Squamea turba latet.
Prescia cōpleuit tenues formica latebras/
Gaudet apis ꝗ fauo.
Nō solitas complet merens philomena querelas
Flet neqꝫ mater Itym.
Pro zephyris gelidus boreas et nubilus auster
Regnat: et eurus atrox.
Vernali gelide veniunt pro rore pruine/
Sithonie ꝗ niues.
Scilicet alternis mutantur singula rebus:
Omnia sors variat.
Et tamen aligeri tedis incendor amoris/
Nec dat amor requiem.
Sꝫ magis atqꝫ magis miserū comburit amātem
Durus/ et asper amor.
Qui genus oē cupit penarum scire/sequatur
Castra Cupido tua.
Iulia nō solito vernantia prata colore/
Nec micat herba comis.
Non viole molles: non alba ligustra virescunt/
Purpuree ve rose.
Sic tua forma decens longo viciabitur euo:
Que cito lapsa fluit.

Hora fugit, volucris: celeri pede labitur etas.
Lapsa q̃ʒ non remeat
Quiqʒ hodie tanto letatur honore superbus:
Cras erit ille nihil.
Nunc gaudes primo florentis vere iuuente:
Vtere rene tuo.
Et dum fata sinunt/fugientibus vtere donis:
Que reuocare nequis.
Collige virgo rosam: que si nõ tacta peribit:
Sola relicta gemes.

Ad ripam preceptorem

Aude hospes cõtemnere opes: mihi candide vates:
Ingredior quociens paruula tecta: refers:
Non peto messale licini nec marmora: nobis
Sed tua castalias ripa ministret aquas.
Ripa camenarum nimium fecunda mearũ:
Ripa medusei plena liquoris equi.
Atria non dominũ phrygijs effulta columnis:
Sed dominus tectum nobilitate solet.

Ad petrum Iustinianũ

Durus es/et duris cognomen moribus equas:
Durus es/et duris durior arboribus.
Durus es et duras superas feritate leenas
Durus es/et duro pectore marmor inest.
Durior es platano: nodosa durior vlmo:
Durior es saxis/durior es calybe:

Quicquid ais durū est/quicquid facis/oīa dure!
Dure puer/duro durior ere puer!
Ad franciscū ciconiū
Candida sublimi crepitare Ciconia nido
Sueta/mihi quales nunc dedit ore sonos.
Illa sitim siccis herentem faucibus ire
Jussit:et e nostro depulit ore famem.
Judice me nusq̄ cantator funeris atri.
Dulci⁹ effundit gutture carmen Olor.
Orphea iā thraces/sileantq; amphiona thebe:
Nobile si carmen garrula dictat auis.
De victore blanco
Aspice qui lento metitur compita passu:
Et tumidus recto vertice reddit aue:
Cuius hyperboreo fulget grauis archa metallo:
Et lacedemonio de grege lana rubet.
Hic modo codrus erat/cepit curare cinedos.
O genus aucupij:ditior ille Mida est.
Ad Juliam
Alba manus flaui crines/argentea ceruix:
Siderei vultus/lactea colla/pudor:
Efficiunt.vt te celo rear esse creatam!
Nam talis nullo tempore forma fuit.
Indomiti mores/damnosa superbia/fastus!
Atroces vultus/saxea corda:rigor!

Efficiunt vt te terris rear esse creatam!
Seuicia superi nanqꝫ carere solent.
Quã male cõmisit natura iniusta: dedisset
Ni tibi seuiciam: diua beata fores;
Ad ponticum de morte marci
Pontice quã varijs mutantur singula rebus
Quam properat volucri vita citata gradu?
Nil homini tutum est: rapida mors inuida falce
Imminet: et nigris nigra triumphat equis:
Occidit ecce nouo viridantis flore iuuente
Marcus arionie gloria prima lyre.
Sic rota sortis erat! quid rũpis questibus auras?
Frangitur (heu) nulla torua Megera prece.
Exue iam tetricos vultu meliore dolores:
Nanqꝫ premit miseros! non leuat ipse dolor;
Ad Nicholaum bembon
Desine velle meum iam sollicitare pudorem:
Non ego sum volucris preda! sed hippolytꝰ.
Castra pharetrigere sequor inuiolata diane!
Aligeri sperno tela nephanda ducis.
Tu quoqꝫ spinosas veneris modo desere curas:
Et cole virginei nomina clara gregis:
At dices. durum est placido non cedere amori!
Ille feras / homines / subiugat ille deos.
Hoc durum est / fateor: sed tendit ad ardua virtus
Dura petat laudis premia quisquis amat!

Ad ponticum

Est quicunq̧ cupit congesto pauper in auro!
Vis fieri diues Pontice! nil cupias;

Ad franciscū quirinū elegia.

Liber erā: et superas meditabar scandere sedes!
Nature q̧ vias discere / cura fuit.
Quis deus / vnde ignes / fulmē que ducat origo!
Menstrua cur versis luna laboret equis.
Concuciat trepide quis motus viscera terre:
Cur ve adimat pluuias hymbrifer Arcus aq̄s.
Risit amor: geminasq̧ legēs (quib⁹ vti⁊) alas:
Imposito pressit libera colla pede.
Donec me lōgos iussit tolerare labores:
Est mihi parsq̧ sue credita militie.
Vror vt assyrio volucris phebeia nido!
Vror io! cantu saga repelle faces.
Cantus liuentis deducit cornua phebes.
Cantus et hyberno prouocat orbe rosas.
Tu potes et fractis manes reuocare sepulchris:
Tu potes et rapidi sistere solis equos.
Heu nil saga valet / torto nec carmina bombo;
Sanus amor medice negligit artis opes.
Nec si Dedaleis fugias tibi proderit arte:
Ala nihil persei triptolemi ve rota.
Nam licꝫ ad tanain / rapidū q̧ veharis hydaspen!
Ad tanain volitans vsq̧ feretur amor:

Ast vbi sum gratus volitãtis miles amoris!
Et meus hoc campo sudet oportet equus.
Non vaga pennate queram preconia laudis:
Laus magna est! si me docte Quirine probes
Culta sophocleo tibi proluit ore liquore:
Aoniamq; dedit pulcher apollo lyram:
Te natura parens vires effudit in vnum:
Et posuit pulchri quicquid in orbe fuit:
Cinge caput mitra/ vultus fulgebit iachi!
Sit modo iuncta comis laurea! phebus eris.
Phryx puer ideo tutus lusisset in agro:
Si foret hic prisci tempore natus aui.
Quem dea p Cephalo curro vexisset eburno!
Candida dum croceis astra colorat equis.
Hunc videat lapsũ! non flebit Cypris adonem:
Cymodoce et raptũ glauca remittet hylan.
Heu fuge nympharũ solitas mea vita rapinas:
Non minor ausonias Naidas ignis habet.
Te venus adriaco tenui fouet equore concha.
Saxeus est Patauii quisquis in vrbe manet.
Quam bene saturno fluxerunt secula rege:
Cum fuit in nullas terra resecta vias.
Illo non fragili vexit rate tempore merces
Nauita/ contempto per freta longa mari.
Nõ dum pigra tulit pastor sub aratra iuuencos:
Nec madido pressit pinguia musta pede

Sponte sua fruges tellus inculta ferebat:
Sponte sua quercus dulcia mella dabat:
Non acies/nō ira fuit/non arma/nec hostis.
Silua domos/mēsas glans dabat/herba toꝝ.
Tūc aliquis blandos violis mercatus amores:
Sub patulis venerem iunxerat illicibus.
Nūc nisi grande feras munus:riget erea postis
Janitor arenti nec canis ore tacet.
Quid iuuat eois digitos onerare lapillis?
Nuda venus nuda est conspicienda manu.
Illa odit tinctam falso candore puellam:
Emptus cui tyrio rore capillus olet.
Non meus externo fedat puer ora nitore!
Egregias tarda nec colit arte comas:
Illi forma viget nullis fucata venenis:
Natiuus vero fulget in ore color.
Quale rubet flauis vxor tithona quadrigis!
Et conspecta nouo casta puella viro:
Non ego ceruleū vereor mare scindere:tecum
Dūmodo sim/nullis me nego verberibus:
Nec comes ire nego/gelidus licet vrgeat auster:
Et ruat arctoo parrhasis vrsa polo!
Non graue me tempus/surgēs ve moraꝫ orion:
Sparsa ve concreto pigrior vnda gelu.
Ferre famem/ tolerare vias/contemnere somnos/
Sub ioue lenta pati frigora/iussit amor:

Ille fauet: seu quis dn̄e fera claustra relaxet?
Laurea seu iunctis serta ferat manibus:
Siue quis in tenebris dubios petat anxius ignes.
Tunc venus ardentes ventilat ipsa faces
Nō sine amore iuuat phrygijs toga picta lapillis
Aut quid hyperborei pondera fulua soli.
Nam neq₃ tūc vario fulgens textura colore:
Nec prodest arabe diues odor segetis.
Ha miser aduerso quicunq₃ quiescit amore!
Et trahit in vacuo somnia longa thoro.
O quātum ē somnos potius cōtenere inertes
Perdere q̄ blande gaudia nequicie.
Me iuuat insertis luctantia basia linguis!
Collaq₃ lasciuo figere dente notis.
Siue ruat gelidis hybernus flatibus auster:
Garrula seu verna fronde queratur auis:
Hec mihi cōtingāt! alius sibi comparet aurum:
Et legat eois dona sub equoribus.
Dum facies vernat: teneros ludamus amores.
Forma volat celeri non reditura pede.
Sic cito deꝑdit graciles coma punica odores.
Et rosa languenti deseritur folio.
Tam cito grata fugit tenere lanuginis etas:
Iam veniet baculo fulta senecta rudi.
Interea positis stillent vnguenta corollis:
Pinguia sidonio vina fluant calice

Vino gemmatas sitiens puer abluit alas
Sepe tamē multo fit medicina mero
Bacche potes veneris spinosas soluere curas
Diluiturq̃ tuo munere victus amor
Ne tamen arma neges pueri sensisse medullis!
Testis erit curru vecta ariadna tuo.
Ergo veni: et potos irritet thyrsus amores!
Pendeat e nitido vitis iners capite.
En cano que molli ducens conuiuia luxu:
Imposito signet ebria turba mero.
Siue aliquis Thyrio fulget sublimis amictu:
Tingitur e Thyrio pagina nostra croco.
Siue vagi crines per eburnea colla refulgent:
Laudat honoratas blanda thalia comas
Huc ades intonso petulans Elegia capillo!
Blanditias claudis dictat amor pedibus:
Ille canat venetos spumosa per equora fortes!
Alter liligeri martia castra ducis.
Me mea sors tenero voluit succumbere amori!
Bella canant alij martis: amoris ego:

De Iulia.

Letor io flos o pulcherrime. letor io flos!
Poma tuli domine lactea. letor io:
Letor io. tetigi cristalla ligustra/niuesq̃/
Cypris apes/et ebur/lilia. letor io!

Letor io. alcides tulit aurea mala draconis!
Mala tuli domine candida. letor io.
Letor io madeant creteo pocula baccho
Cingātur⁊ rosis tempora: letor io.
Letor io. flos o pulcherrime· letor io flos:
Exulto/ iubilo/ gaudeo/ letor io.

De Se

Me pharetratus amor pannosaq̄ȝ cogit egestas;
Quas cupit hec: demens negligit alter opes;

Ad ludouicum

De musis ludouice tuis de carmine! Ripa
Quid sentit. quanti queris et illa facit
Commendat/ laudat/ poscit/ miratur adorat/
Est q̄ȝ illi ingenium semper in ore tuum.
Ast vbi nostra legit tanq̄ȝ ludibria ridet
Et simulat naso Rhinoceronta suo.
Non tamē his illi rebus succenseo. laudo hec:
Scripta legit gratis qualiacunq̄ȝ mea

Ad amorem

Sum tuus: et tua sum seuissime preda Cupido:
Et tamen in castris torqueor vsq̄ȝ tuis.
Incipiat proprijs si mars dare vulnera seruis
Exiguo Mauors tempore solus erit.
Nec vis vt moriar nec vis me viuere: parco/
Sed tibi. nam cecus nil nisi ceca facis

Ad hieronymum de orico

Mollia castalio nunc ducimus ocia fonte
Et simul aonio pellimus amne sitim·
Est tenere amborū moderator Ripa iuuēte/
Nos pariter sacro nomine turba vocat·
Blanda tibi vox est/te lactea forma decorat/
Blanda mihi vox est/claraq₃ forma nitet·
Magnꝰ es. haud paruo me corpe fata crearūt/
Que te progenuit: me quoq₃ terra tulit
Queque manēt eadē nobis· distamus ab vno/
Qꝛ te crudelis/cum sequar/ipse fugis·

De paulo piscatore ad ponticū

Cui neq₃ lectꝰerat/nec mēsa/nec archa/nec ignis/
Nec canis/aut cimex/nec Cinis/atq₃ calix/
Vix q₃ nates/medios ve tegebat pontice lumbos·
Textus lingonica bardocucullus acu·
Nunc tenet iliacis fulgentia tecta columnis/
Et grauis innumeras sacculus arctat opes·
Sardonicas indos/adamāta/scitheq₃ smaragdos
Myrrhina/dentis ebur/coccina marmor h₃:
Unde hab₃ hec q̄ris/dicat rhānusia: sola hec
Diuitias nutu datq₃/rapitq₃ suo/

De duobus amantibus

Dum parat impubē ꝑcidere sextus Aminta/
Ambo petūt celeri conscia tecta gradu:

Cernit atis puerum/vexatur amore monetā
Promittit:puerumq̃ incipit olfacere.
Hoc graue fert sextus/iactat fera iurgia/mudant
Corpora/pro puero bella nefenda gerūt.
Vulnera scire cupis:precidit brachia sexto/
Precidit puero labra cruentus atis.

De marco causidico auaro.

Causidicus centū tenuit sestertia Marcus.
Sz rapidas furum dum timet ille manus/
Insomnes longo ducebat murmure noctes:
Anxius et lapsas sepe timebat opes.
Prohdolor amisit centum sestertia Marcus/
Grandia verbosi dum petit arma fori:
Nunc secure potes totas requiescere noctes/
Perdere quod timeas iam nihil archa tenet

De hieronymo Unico

Iam fleat omis amās/pharetrā depone Cupido/
Tristis et in pulla veste quiesce venus.
Deseris(heu)patauos formose Unice penates/
Cui phrygius cedit/sangariusq̃ puer.
Mollis amor patrias tecum demigrat ad arces/
Canaq̃ virginitas/purpureusq̃ pudor.
Adriacas ibis zephyro spirante per vndas.
Veliuolos pandet calliopea sinus.
Captabis vitreo ludentes gurgite conchas:
Quas piscatorum fallere turba solet.

Forsan Arionij reminiscens premia piscis!
Tergora subiciet squãmea turba tibi.
Atra dies nigro semper damnãda lapillo!
Accipe non albe tristia signa note.
Euganeis lachrymas/suspiria linquis in oris!
Discedens: patrie gaudia festa geris!

Ad Candidum!

Thessalicas artes magico cũ carmine nossem
Si miser! eea doctus et arte forem!
Ignea non traherem de celo lumina picto!
Nec cantata suos linqueret vnda sinus.
Corporis ipse tui fierem pars vna sodalis!
Carpathijs iungens corpora bina sonus.
Hec mihi sepe refers/refero tibi talia: nil est!
Hoc nõ fit verbis candide. facta probent;

Ad lucam sextum

Sexte camenarum celeberrime castaliarum!
Candida qui clare nomina lucis habes.
Aurea forma tibi! tibi contigit inclita virtus!
Et facilis roseo qui micat ore nitor.
Est pudor/est tenero grauitas maturior euo:
Ingenium pueri nil puerile sapit.
Cresce igitur: crescet virtus crescentibus annis
Non moritura: vorat cetera tempus edax;

Ad marianum

Versus quos docto fudisti e pectore sollers:
 Tollere quos merito quisquis ad astra potest
Sordiduli fiunt/nec digni laude putantur:
 Plus tibi q̄ satis est: si mariane placent.

De cinedis

Iuppiter ideo succumbere discat ephebō:
 Amphitryoniados terreat inguen hylas.
Parthenopi quoniā vultus puer ardet amintas:
 Precisus decies ille vel ille quater.
Quid nō fata rotāt: miseros crudelis amātes
 Spreuisti: exemplo nunc negat ille tuo.
Vis tibi fera feram: fugitiuos carpere flores:
 Tu quoq; si dederis/quod petis accipies.

Ad petrum maurum

Cum iuuenum careant tenera Lanugine male:
 Barbula quid vultus occupat ista tuos?
Si facis vt rigidus secteris petre catones:
 Consilium laudo Petre seuere tuum.
Si facis/vt molli placeas barbatus amice:
 Barbatum spernet mollis amica virum.
Sed caueas/ne cum tibi candida venerit vxor?
 Iungantur capiti cornua longa tuo.

Ad pamphylum de sanctis

Sanctus es/et sancti decorāt te pamphile mores?
 Sancta auia et pappus/sanctaq; mater erat;

Est sanctus genitor/ frater sancteq; sorores/
Inter tot sanctos te reor esse iouem/
R. gaguinus Balbo salutẽ
Balbe quid incepto desistis? nonne parabas
Nescio quod crimen prodere versiculis:
Audieram certe ignaro de rhetore carmen
Lusurum. expectat iam chorus vt recites
Parce precor decimum Clyo dormitet in annũ:
Clarius vt nostra tinniat aure lyra.
Quicquid erit perge. nostrates perdit ineptus
Rhetor: et herentes tardius ire docet.
Audistin monstrũ prefarier? heret vbiq;
Testudo citius promouet egra casam.
Vah/ tñ hũc reputat Ciceronẽ ignara iuuẽtus;
Estimat et vatem quem dea nulla fouet;
Perge: mone turbas aures auertere vati.
Ex sturnis/ coruos qui facit et cuculos.
Ad robertũ gaguinum
Miratur geminos soles annosa vetustas:
Et lunam eeis erubuisse modis.
Et lapides cecidisse polo: taurumq; locutum:
Tergeminũq; virum semiuirũq; bouem.
Prisca fides taceat: viget ecce hoc tpe coruus/
Ore rudi sturnos qui trahit et cuculos.
At iacet atheas modulans philomena q̃relas:
Psittacus eoo missus ab orbe iacet.

Temporibus nostris docti spernuntur olores:
Et si cui dentur premia: coruus habet.

De natali suo

Leta dies: albo quam vellere parca secundet:
Qua primum clari vidimus ora poli.
Leta dies festis semper numeranda diebus:
Leta dies niuea non caritura nota.
Lucida fumoso madeant cristalla phalerno:
Flagret odoratis granea spica focis.
Dexter ades secli rector saturne prioris
Cerne tibi quante luxurientur opes.
Fac quoqꝫ natalis genio sacrate decem ber
Tempora felici currere nostra rota.
Junge rosas. pete vina: lyrā cape: posce puellas:
Dum viuis: rapiet omnia mors properans.

Ad hieronymum de onico

Lux mūdi/ formose puer/ cui culta nitet vox
Vox siculis ꝑmixta fauis/ tī cedat amor phryx
Phryx sacra raptꝰ volucri/ quē sūmꝰ amat. Rex
Rex hominū diuūqꝫ sator/ te doctꝰ amat grex
Grex driadū te moll' amat. meqꝫ alta ꝑmit. fax
Fax oculꝰ puer albe tuꝰ/ quo victa iacet lynx
Lynx radijs certās phebeis neu mihi sis trux
Trux decꝫ ira feras/ sꝫ ames dū pulchra nitet frux
Frux vultꝰ formose tui: nā vt sparsa fluit nix
Nix verno liquefacta polo: sic lapsa cadit nux

Nūc forme/celeriq3 gradu simulatra ruit nex.
Nex q̄ te rapiet/mundi nec semp̱ eris lux;
De amore
Ut clauus clauum pellit:sic pellit amorem
Alter amor:veteres sic noua flamma faces;
Ad franciscū quirinum
Musa iocosa mibi est/mibi vita iocosa Quirine
Dant quoq3 fatales fila iocosa dee.
Nō tartessiaco pectus mibi carpitur auro.
Nec peto campani iugera mille soli:
Sit mibi parua dom9:nox ebria:fid9 amicus!
Gratus ager:simplex/et sine labe toga:
Me Cyathi:ludi:choree.rosa/tympana/cantus.
Me ven9:et Bromius:et trabit alma Ceres;
Quod phlegetonteis remeet si Brutus ab vndis
Clamabit:sic mors viuere nos docuit;
In zoilum.
Zoile q̄ teneri spectentur vbiq3 poete:
Dicis femineos odit apollo greges.
Falleris bec ratio si zoile vera maneret.
Iam tua carminibus scrinia plena forent;
Ad cardinalē mantuanum
Purpureo regale caput redimite galero.
Quē genuit liquidis mantua cincta vadis.
Fugerat binc phebus:fluctuq3 latebat bybero;
Celarat vultus memnonis alma parens.

Euersa in terris nimbosus aquarius vrna:
Deucalioneas precipitabat aquas.
Adriacam postq̄ venisti letus ad vrbem:
Altera que nostro tempore roma viget.
Phebus adest: aurora redit: mala nubila cedūt:
Aspectuq; facis cuncta serena tuo.
Quod si vera canunt vates: hec signa parari
Predicunt culmen pontificale tibi

In pamphilum

Dat pediconi natus: sed pamphile natus
Dat tibi plura: negas? testibus ista patent?

In paulum piscatorem

Pauper eras (memini) veneta piscator in vrbe:
Nigraq; ab ethiopo stigmata ducis auo
Sed vaga sors lusit: pario colis atria muro:
Structa: et centenus iugera taurus arat.
Pone tamē rigidos fastus: nec sanguine natum
Patricio: aut prisca nobilitate putes.
Nam sors regna pōt: gemmas dare: fulua metalli
Pondera: vile genus nobilitate nequit?

In eundem

Paule refers cepisse nouo tua stēmata mundo:
Cum fecit lunam Iupiter: arcas homo es:

Ad hieronimū georgiū venetorū oratorem

Ut rutilat claro feralis crine cometes:
Que fera terribili nunciat arma iuba:

Sic tua fama viget nullo violabilis euo:
Fama hyperionias preteritura domos.
Gallia te nouit: nec spernit hyberia nomen
Hieronymi: fului nec freta santonici.
Te semotus amat nostra tellure britannus:
Et posita eoo littore taprobaue.
Quod si vera tulit Samius: fouet vmbra Catonis
Vel tua pellei spiritus ossa ducis
Ad lucam ripam
Cum repeto tenues censor facunde libellos:
Claudicat hic versus/syllaba nutat ais.
Veridico tenerum sic corripis ore poetam:
Et cerussata carmina nostra refers.
Deformes metuit iam calliopea lituras.
Odit et insulsos crassa thalia iocos.
Nulla litura iuuat/ Phaetontis musa calores
Jam ferat/aut priscas Deucalionis aquas;
In ypocritam.
Pallidulo damnas cum pedicone cinedos:
Et quoscunque fero vulnere fixit amor.
Socraticus censor: rigidi de stirpe Catonis
Sis velut/et Trasee dogmata celsa colas.
Crassus auariciam/ciuilia Julius arma
Damnet et ideus Pastor adulteria.
Obrutus/in viciũ nullo non iudice cum sis:
Quo bibis/haud decuit flumina sputa dare.

Labe prius careat censet qui crimina, tu q;
(Si libuit) socios carpe, sed esto probus:

Joannes de monte ad balbū

Impia cum nostra quid habes tot prelia balbe:
Quid cum ventidio bella pudenda geris
Hunc probat imbellem parue patientia mentis,
Vincula sponte petit: armaq; ponit iners.
Non auferre sonos poteris, non tollere voces
Ventosas, Terei vulnus inane facis.
Ille nisi agnifere conspexerit ora meduse,
Semper inhumanos proferet ille sonos.
Proferat ille licet, furientis somnia febris
Euomat: hypocratis vincula sola petit;

Ad diuites

Quisquis es, auratos tribuit cui lydia fontes,
Cui tagus eoas pandit opacus aquas.
Dolia cui veterem spumant redolentia bacchum,
Niliacoq; nitet rure benigna ceres.
Cui ganimedeos tribuit sors leta ministros,
Et massileum virga gubernat equum.
Regna dee metuas dubio pendentis in orbe:
Cuius agit scelerem vent⁹ et vnda rotam:
Quique Midā superas opib⁹ Cressūq; beatis:
Pendula sors currum si rotet, hyrus eris;

Ad franciscum.

Tanta tibi laus est inflati et gloria penis:

Cedat vt arcadii mentula tenta dei/
Ille riget ferro nodosa et durior vlmo!
Ille hasta crescit longior hectorea.
Ille suas agitans stillanti rore palestras:
Penelopen veneri mollit: et hyppolitū.
In seniū vergens custos mēbrosus agelli:
Te vocat ad partes pene rubente suas.
Sȝ puto respōdes/ quid vis pater optime? fures
Non premere hoc telo/ sed soleo elicere;

In inuidum

Qui tumido iactas ventosa poemata cornu:
Cinctaqȝ velano Syrmate musa furit.
Exiguum sed dulce sonans/ quid liuide carmen
Inficis/ et nostrum deprimis ingenium.
Immodico crescat tibi vana cucurbita ventre!
Misca fluant nostris punica grana fauis;
Tu scelus edipodis/ nec prandia grata thyeste!
Et phetonteis orbita trita rotis:
Lerueumqȝ sones fecundo corpore monstrum!
Dum tua leteo sparsa sit amne chelis;

Ad Muranum pictorem.

Murani latie decus thalie:
Et pandionie nitor minerue!
Natura astrifero parens rotatu:
Quod plaga creat equinoctiali!
Aut fecundo hyperionis vapore:

Tu dextra simulas potentiori.
Spumas edere tu maris ruentes!
Coam perficere et potes dionem.
Sed vultus pueri decentioris!
Nobis nunc tenui exprimis tabella
Etas vt volucri celer meatu!
Cum carpat teneri rosas decoris!
Florescat viridi puer iuuenta.
Huic cedant operi seueriores
Vultus phidiaca manu politi!
Victus Praxiteles: Schopasqꝫ Mentor:
Lysippus! Calays Myron! apelles!
Mirentur pueri decentioris:
Binas lampadas igneo micantes
Vultu purpureis rosis decoro:
Sic mixtus tenui rubore candor!
Sic vernos redolentia ora flores!
Sic sparsi minio nitent capilli!
Cernenti vt gracilis decus tabelle!
Ignis molliculas edat medullas.

De eodem

Ethereis animas tantum dij mittite ab astris!
Nam manus artificis cetera membra dabit.

Ad Joannem de monte

Mons heliconiadū superās iuga culta sororū!
Quem colit aonij turba beata chori

Hic gaudet nitidus hedera crescente lieus:
Luxuriat patulis laurea virga comis:
Ut puto: iam dices / phebo felicior adsum!
Falleris: haud phebi gloria parta tibi est.
Ille suis vicit tumidum phytona sagittis!
Ausum dirceos contemerare lacus.
Nunc quoque pierias mato liuidus inficit vndas.
Hunc tu si poteris vincere: phebus eris.

Ad paulum

Carmina nostra probas! soluam te legibus equis:
Nil nisi verba refers nil nisi verba dabo.
Me donis donas: contraque munera mittam?
Heu fortuna meas nubila pressit opes.
Carmina quid reddā musarum et apollinis expers?
Non bene pro magno munere verba dam⁹.
Ergo animū dono gemmas qui vincit et aurum:
Semina sic duplici fenore reddet ager.
Nam sors regna potest! fuluique auferre metalli
Pondera: sors animū paule mouere nequit.

Ad ducē herculem hestensē

Si dura hyrcino cedunt adamanta cruore!
Non adamanteo casside tutus eris.
Mœnia iam cerno veneto ruitura duello!
Toruus arenosis que padus ambit aquis.
Nā quod habēt flores vernātia prata! tot hyrcos
Urbs tenet adriacis edificata vadis.

De petra puella

O manus / o crines / o colla / o lactea ceruix!
O oculi etheree sidera bina domus.
O vox / o mores sine rusticitate pudici!
O frons / o primis emula labra rosis.
Perditis heu miserū! periturum cernite amantē!
Cernite me! morior. cernite me: morior.
Heu morior! pulla cingatur veste cadauer!
Et referant tales marmora scripta sonos.
Hic iacz extinctus teneris hieronymus annis:
Dure causa fuit aspera petra necis;

Epitaphium Philelphi

Itala cecropie pallas coniuncta mineruae:
Et stetit: et cecidit morte philelphe tua.

Ad Lentum

Omnia solus habes / tu grāmata solus: et artem
Rethoricam: solus verba latina tenes.
Et solus noscis dubiosa enigmata persi.
Parua loquor! solus omnia lente sapis.
Esse deū monstras sub trino corpore solum:
Que sint / que fuerint / que qꝫ futura / tenes.
Solus habes famam / preclaraqꝫ nomina solus.
Ingenium solus! cor quoqꝫ solus habes.
Omnia cūm solus teneas! pallentia solus
Regna petas. solus queqꝫ sinistra feras.

Ad lucam ripam

Desine diuicias natis cumulare superbas:
Diuitie paruo tempore namq; fluunt.
Non ita precipites alterno vortice cymbas
Versat arenoso scylla proterua mari.
Nec sic incertis agitantur fluctibus vnde!
Vt sors instabiles impia versat opes.
Munera nulla valent natis maiora parentes
Linquere! q̄ laudis nomina clara sue.

Ad Scipionem

Stemmata quid patris! vultus quid tollis auorum:
Hec domus arcadicum sit licet ante genus.
Nobilitas virtus vera est: hec sola beatos
Post cineres reddit! cetera mortis erunt.
Plus patet om̄e scelus: quanto generosior ille est!
Qui peccat! tibi laus iam nocet! ergo tace.

De oculis Julie

Dicite cui vestrum superi sua lumina desint?
Surripuit diuis lumina noster amor.
Qualia non tenuit quondam iunonius ales!
Nec ganymedea talia fronte micant.
Hinc mouet arma ven⁹! languētesq; excitat ignes:
Spicula q; hinc acuit. hinc volat acer amor;
Nil mirere: caret cecus si luce cupido:
Lumina donauit cara puella tibi.

Ad eandem

Attrahit vt ferri magnetica gemma rigorem:
Luminibus preceps sic trahor ipse tuis;

Ad tardinum.

Imposuit quicunq3 tibi cognomina tarde!
Nomen amazonio condidit ille viro.
Hippolyto nomē sic impia fata dederunt.
Qr fuerat proprijs dilaniandus equis.
Nomina sic misero tibi protesilae fuerunt
Victima ꝙ phrygijs prima futurus eras.
Sic tibi dant superi tardi cognomina/ ꝙ sis
Tardus et ingenio/ tardus et eloquio.

Ad Laurentiū dandulū egrotantē

Nox erat et pigras somnus diffuderat alas!
Claraq3 rorantí luna nitebat equo.
Cum mihi visus eram parnasi scandere collem!
Sidera: qui gemino vertice celsa petit.
Hinc tibi bacche pater rauco sonat ere citheron:
Hinc helicon claro pectine phebe tibi.
Labitur in medio vitreis fons lacteus vndis!
Bellerophontei fons pede natus equi.
Campus: vbi eterni fulget noua gratia veris!
Circuit: et sparsis terra benigna comis.
Hic crepitans lenes mollit fauonius auras:
Et leue frondoso vertice cantat auis.
Concors eoa ludit cum tigride damma!
Mollior et placido iungitur agna lupo.
Saguineo splendore rosas/ rubigine tinctas

Fert violas: solo culta seges zephyro:
Hic casie molles et olentis vimē achanti!
Flebilibus q; rubes meste hiacynthe notis
Hic micat assyrio floret quod gramine! quodq;
Diues odorato cardine seruat arabs.
Quicquid ab eois pinus vehit itala! quicquid
Unica viuaci perdit auis tumulo.
Hec generosa sacri sortiti rura poete:
Lenia gramineo cespite membra fouent.
In medio phrygijs domus est effulta columnis:
Clausa adamanteo valua riget calybe.
Limina berillo q; et iaspide lubrica surgunt.
Flexus onyx q; micat iliacus q; silex.
Calcaturq; solo magnetica gemma nitenti:
Uena q; ceruleis concolor albet aquis!
Ingredior paphij manibus fabricata mariti
Culmina iuditio semper amanda meo.
Stabat inornatis merens elegia capillis:
Pallebat claudis vecta thalia rotis.
Nec minus est confusa sacre dux ipsa cohortis!
Qui celer odrisyam dum vehis hebre lyram:
Obstupuivt presso trepidans pauet angue viator!
Et dubios fudi voce tremente sonos.
Quippe dioneo titan gemis vstus aheno!
Quiq; alijs curas vulnera! vulnus habes.
Turpiter eger ades medice male conditor artis!

Hinc est aonij mesta corona gregis.
Num fugiens celeres daphnes peneia gressus?
Laurea frondoso cortice membra tegit.
Admeti ne greges herdoso pascis in agros?
Atq; humilem dura construis arte casam.
Irrita quis poscet dubijs oracula rebus?
Facundum ve sacro pectine tanget ebur?
Hec ego: ferali tunc vincta polymnia taxo?
Dum tulit hec/gemitu lingua retenta pio est.
Nulla dionee leserunt corda sagitte?
Tristior extinctis errat amor facibus.
Dandulus estiui correptus sidere morbi:
Heu iacet/ et leti triste timemus iter.
Hunc gremio primū tenera de matre cadentē
Suscepi/ o nostris presse puer manibus.
Morbe ferox vatis teneros iam desere vultus:
Si nescis: geminū pectus acerbe premis.
Heu heu: quam vario mutat sors omnia casu?
Et certam presens vix videt ora deam.
Belua non rapto citius volat indica fetu?
Piseo ve fugit carcere liber equus.
Ut mare mobilior/ flauisq; incertior austris?
Instabili celerem sors mouet orbe rotam.
Quid gen⁹/ aut virtus/ q̄d docte pallados artes?
Nobileq; a prisco ducere nomen auo.
Pactoliq; iuuat quos ꝑluit vnda liquores

Sparsa vel ostrino concha erycina toro:
Nam quis diuicijs infirmo pectore gaudet?
Non ego cum morbo Lucius esse velim.
Huc ades intonso pean formose capillo!
Huc ades: et placidus pectora fessa leua:
Aspice vt informis teneros colorr inficit artus!
Imminet vt vacuo parca sinistra colo.
Lanigeras pan curat oues: fouet alma dione:
Si quis acidalijs bella gerit calamis.
Tu regis infirmas vates nisi vatis habenas!
Seruiet exemplo quis tibi diue suo?
Ecce venus densa Nympharũ stante corona!
Arida nectareo membra liquore leuat.
Cymodoce violas/roseos dat philis odores:
Spargit odoratas cerula nais aquas.
Ergo veni: et tenero morbos expelle poete!
Urna tuum leuiter sic phaetonta premat:
Sic te defessum longis erroribus orbis:
Excipiat placido Thetys aquosa sinu.
Non faciles tractare lyras molles ve choreas!
Non opus est densas flectere dente comas.
Ipse rosas: violas/et semina lactucarum!
Quicꝫ leuent succos torrida membra geras.
Premia digna manent: toto laurentius euo.
Culta maroneis ora rigabit aquis.
Audit vota pater/succos tulit ille: tibi qꝫ

Purpureus roseo candor in ore micat
Ergo age smyrnea carmen modulare sub umbra!
Sic eris adriaci gloria rara soli:
Teq; vehet rumor candēti gemmeus ala:
Cum tenuis fient ossa perusta cinis:
Nam mansoleū tangit iactura sepulchrum:
Altaq; nobilium culmina pyramidum:
Longa dies getice compescit tigridis iras!
Longa dies cogit sub iuga panda boues:
Ferreus exigua teritur rubigine mucro:
Frangitur et tenui dura liquore silex:
Tempus edax meritos rebus subducit honores:
Sola tamen gelida carmina morte carent:
Non senio squalet Nemesis cantata Tibullo:
Nec longeua situm pulchra Lycoris habet:
Cunq; metallifero simois miscebitur hermo:
Cum fluet armeniis barbarus hister aquis:
Mordaci viuet iuuenescens carmen in euo:
Nobile pieridū stat sine fine decus:

Ad pythagoram

Pythagora alterno reparas qui semina lapsu!
Corporibusq; nouis das reduces animas:
Dic quid erit Marcus! stygiis cū dirus in vndis
Corpora sysiphio pondere seua premet
Quis marcus? Marcus rabido liuore refertus!
Qui fabii dānat et Ciceronis op?. c ii

Omnia qui rodit/genuinum frāgit in omnes/
Et cui gorgoneo viscera felle madent.
Non erit ille caper. non vasti belua ponti:
Non leo/nec taurus: ergo quid ille? canis.
Ad ioannem veronensem
Membroso tumidum qui formas ore priapū/
Parce meas labris contemerare genas:
Quid iuuat (heu) mūde parcat q̄ mētula bucce?
Fellator labris si quoq; fio tuis/
In eundem
Quisquis erit soluēs thebana enigmata/dicat/
Qui sine pene viros irrumat ore: quis est?
Ad ludouicum pisanum
Dulcis es/et dulci genitus Ludouice sub astro:
Dulcis es/et dulci dulcior ambrosia.
Dulcis es/et dulci sunt lumina clara nitore/
Dulcis es/et dulci manat ab ore lepos.
Dulcior atq; fauis/et nectare dulcior omni.
Dulcior et si quid dulcius esse potest.
Durus es (heu) nobis mores depone ferinos/
Conueniunt pueris mollia: dura feris.
Ad Joannem de monte
Joannes clarios nunc cernim⁹ vndiq; vates:
Et decorant omnes laurea serta comas.
India dat vates/dat terra britanna poetas:
Dat scythicus/libycus/gallus/iberus/arabs/

Paruulus ad lustrũ cũ primũ venerit infans:
Arguto blesos concinit ore modos.
Quid mirũ? tenuit antiquo tempore lauros
Parnasus: lauros nũc habet omnis ager.

Ad egidium delphum.

Quid tenuem laudas vates memorãde thaliã?
Vestit rugosũ nostra thalia piper.
Coruũ laudat bolor? pice philomena querelas?
Cornicisq; sonos vnica laudat auis.
Nec tamẽ expectes vt soluã hec legibus equis?
Veridico ve probem carmina culta sono.
Laudis egent que sunt mediocria? liuor iniquus
Commendat versus delphe diserte tuos.

Ad eundem

Lumine captus erat smyrnee gloria gentis?
Squalebat ceco lumine Tiresia.
Viuet Tiresie: viuet quoq; nomẽ homeri:

Dum novus eoo surget ab axe dies.

Hūc q̄ quē cecū memoras mi delphe/corusca

Mente videt: quantū cernere lynx poterit;

Ad linum

Quid miserande negas tardas effundere voces?

Grandia verba ubi sūt? quid miserāde negas?
Edipodis fundas voces: vocesq̄ thyeste!
Et phaetonteos/icariosq̄ sonos.
Quasq̄ revenatis sub gurgite rana coaxat:
Et quas odrisio concita bacha deo.
Effundit stigijs quas noxia turba sub undis:
Et si non satis est hoc line: iunge tuas
Ad robertū gaguinū
Legimus o vates tua carmina: carmina phebo
Digna/nec orpheis inferiora sonis
O dilecta deis: o felicissima tellus!
In qua tu fausto sidere progenitus.
Tunc uenus/et fuluis volucer Tegeatic⁹ alis
Fulsit/et igniuomi stella benigna iouis.
Vos heliconiades dulci pro lacte sorores:
Pocula castalie plena dedistis aque.

Et canere archano puerũ docuistis in antro:

Sub quib⁹ ille vagans luserat arboribus:

Plectra dedit clio: calamosq́ꝫ thalia/minerua

Lauros/et thyrsos bacchus: apollo lyram.

Hinc canis aonios redolentia carmina fontes:

Docte tibulleo cultius ore loqui.

Donec erunt vates/et apollinis arma gerentur/

Bellerophontei gloria fontis eris

In titum pamphilum

Impuras tite basiationes/
Emis dum pueri rapacioris:
Addixti tabulas/togas/libellos:
Structas euganea domos in vrbe:
Et musis geniale rus dicatum:
Et quicquid rapis hinc et inde donas
Munus quin etiam mihi kalendis:
Mai/quod dare solitus fuisti/
Nunc donas puero rapaciori
Que te tam mala mens/furor ve cogit?
Ut hunc fetidulum/nouum/cinedum/

Antiquo mihi preferas sodali.
Exclamare libet miselle! nostro
Nostro munere! tu irrumas cinedum!

Ad marianum

Candida fama tibi parcit mariane! tibi que
Liuor edax parcit! parcit inane sophos.
Si Canius viuat. si mostret Pana Tarentos
Excoluisset opus turba iocosa tuum.
O grande ingenium. o longi cura laboris!
Hec nec aristarcus nec legat hec Mauius.
Et si docta cohors nostri precepta magistri
Spreuerit: edipus talia sepe leget.

Ad Titum pamphilum.

Kina philonpanta Samij sententia vatis
Est tite! sed quorsum hec atbica verba petes?
Dicam equidem: culte retinent te vincla puelle!
Que stygiu posset sollicitare iouem.
Cornua cui sumat/cui se mutaret in aurum
Juppiter! et niueam dissimularet auem.

Et tibi sum pylades/et tu mihi fidus Orestes.
Que volo si queras pamphile: kina philon.
Subrides: tacito qꝫ refers hec verba susurro!
Non recipit socios in sua regna venus.
Credimus: at diues mittat si munera Paulus.
In socium veniet pacta puella torum.
Uincit amiciciam nummorum ceca libido:
I nunc et iacta perfide! kina philon!
Ad dñm angelũ archiepiscopũ viennẽ
Purpurea venerande pater redimite thyara:
Summus honorate relligionis apex.
Gloria tu vatum: linguaqꝫ decorus vtraqꝫ:
Cui dedit eximium philosophia decus:
Ecce tibi faciles donant sua carmina nymphe!
Seria/siue velis/siue iocosa sequi.
Libera verba modis seu mauis scribere: cedit
Gloria romani Tullius eloquij.
Tu rapidos solis cursus/anni qꝫ meatus
Noscis/et etheree sidera clara domus.
Nec virtute minus/morum et candore probaris:
Antiquum excedis relligione Numam.
Cui Cato iusticia cedit/probitate Metellus
Cesareum cedit nobilitate genus.
In te ego quid pocius mirer? vires ne capacis
Ingenij: sanctas an probitatis opes?
Laude sed humana tollenda scientia: virtus

Celesti dignum te tua laude facit;

Ad karolum.

Cingat idumea victricia tempora palma
Mato: triumphali conspiciendus equo.
Clamet io vici! vici bis karole clamet:
Clamat io magna voce triumphe mato.
Ipse ego magnanimi fateor sũ preda matonis;
Adverseqꝫ tuli premia milicie.
Ipse ego ferratis devinctus colla catenis.
Pompa matoneas prosequor exuvias.
Sic quoqꝫ (me miserum) tarpeia ad limina vect⁹!
Ducor io clamans: omnia mato potest;

Ad psittacũ dñi ambrosij de cambray.

Humane solers scrutator psittace lingue!
Qui canis audito tam bene verba sono.
Ambrosiũ facunde vocas: dominumqꝫ salutas!
Sepe refers clara voce: puella vale.
Cum pater ambrosius divino nectare fusus!
Curarumqꝫ gravi pondere liber erit.
Psittace dux volucrũ ne sit grave dicere queso:
Ha tandem balbi sit tibi cura tui.
Hec modo tu referas: fueris si quando canendo
Defessus! pro te nostra thalia canet;

Ad egidium delphum

Egidi clarie decus cohortis!
Qui versus celebras severiores;

Et musas redoles Maronianas!
At nos perlepida procacitate·
Iocundos epygrāmaton libellos:
Mollesq3 endecasyllabos iocamur;
Genus carminis imbecillioris.
Nos nudum canimus talassionem!
Quare si graciles amas libellos:
Et lusus faciles leuesq3 nugas!
Scribas deposita seueritate:
Canamus lepidos iocos!canamus
Hec si dixeris ore non molesto!
Mittam perspicuos iocis libellos;

In maledicum

Consuluit tetro solers natura baratro!
Non satis in stigijs ianitor vnus er
Te tulit infelix!aluit te lacte canino:
Hinc rabido latras verba canina sono;
Sit maro! vł cicero: varrone ve doctior: vsq̄
Effugiet morsus inuidiose tuos.
Omnibus arrides!cunctis maledicis!aperte
Queq3 theonino rodere dente soles.
Sic latrator eris viuens: cum fata subibis
Flumine tartareo cerberus alter eris;

Ad karolum phernandum

Vasa probat mentor!uenerem miratur apelles!
A phidia elei est forma probata iouis.

Marmora praxitelis/placuit quoqꝫ vacca myronis:
  Mirum est:si balbun karole docte probes/
Auctor opus laudat·sic forsitan accius olim
  Laudabat vanam credulus iliada·
Sum lyra/ni tangas plectro mea fila canoro
  Mutus ero:artifici gloria tota tibi est/

Ad robertum ganguinum

Candida cuncta geris·tibi candida tota supellex:
  Candide candenti conspiciende toga.
Hec toga acidalias superat candore columbas:
  Et que mygdonio marmore tecta nitent/
Quinetiam superat cristalla/ligustra/pruinas:
  Lilia que verna luxuriantur humo.
Cedit erythreo quesita sub equore gemma/
  Cedit et eoi nobile dentis ebur·
Hec toga sit primis niuibus licet emula/mentis
  Attcamen iudicium candidioris adest/

Ad matonem·

Nomina causidici meruisti clara matonis/
  Mato maronea sepe canende lyra.
Karolus ecce sacer·iam concipit arma viruꝫ:
  Clarus es heros laude superbe mato·
Grāmata/rethoricam/culte lepide atqꝫ venuste
  Scripta geris/tardi hec arma matonis erūt
Victor es heroum superas mauortia bella.
  More iouis portas tela trisulca mato.

ceru interiscciopibz eius. Euenit

iustitia Quis agnovit spm dni, aut qs
consiliarius eius fuit et ostendit illi. Qu

Timidos suos confortabunt [O] actu se
p filii. paciens sui sic paciens loqui. [D] ic

Arma quis hec vincat? quis nunc eat obuius illis?
Ignea tela geris/ deuca lione opus est;
In mendacem
Qui fueras tota mendax notissimus vrbe:
Et tota fueras notus in vrbe loquax.
Captus in obscuro latuisti carcere clausus/.
Et meritas penas lingua recisa dedit.
Nec satis est: scribis/ quod dicere lentule lingua
Scissa nequit: superest/ dextera cesa cadat;
Ad karolum phernandum
Ede tuos lepido sale tinctos/ ede libellos:
O mihi orestea iuncte poeta fide.
Pigra soporifere fugiam quibus ocia lethes/
Et sequar aonij rura beata chori.
Nãq ego laurigere modo sũ nouꝰ accola rupis:
Et meus in primo puluere sudat equus.
Sudat equus duri stimulis agitatus amoris/
Qui celeri mecum bella gerit calamo.
Qui tolerare famem: duros tolerare labores/
Iussit: et indigno viuere seruitio.
Felix cui flatu ridet fortuna secundo/
Culta tibulleo carmina conde pede.
Ast ego acidalia quem cypris arundine fixit:
Aligeri semper miles amoris ero;
Ad matonem
Dogmata quis potuit tumidi celebrasse matõis?

Dogmata non vllis cognita temporibus?
Totus es orator: totos mato docte colores
Calles: hic color est Mirrya semper homo.
Vos istec intro: color est: auctore matone:
O rem admirandam: q̄ sapis alta mato.
Marce vale: valeas tu quintliane: matonem
Gallia felicem ter q̄ quater q̄ colat.
Dic rogo: cū dicas eneam / dicasq̄ venetū?
Hic quoq̄ num color est ingeniose mato!
Viue mato: phaeton simul et titania Tethys!
Jam properant librum pingere docte tuū;

Ad robertum ganguinū

Romuleos post q̄ petijsti Candide colles!
Diuidor in partes heu miser ipse duas.
Nam gallis corpus / Latijs cor viuit in oris!
Soluere que solū mors tenebrosa potest!
Liligeros igitur repetas gaguine penates!
Ne longa pereat corpus inane mora;

Ad hyppolitam

Hyppolite lepidis pbernandi culta libellis:
Jam laudes cantat axis vterq̄ tuas.
Lesbia sic tenero fulget celebrata Catullo!
Et cum Nasone est nota Corynna suo.
J nunc et dubita sacros p̄ferre poetas:
Muneribꝰ pingui que legit indus humo.
Forma perit: pereūt et opes: vorat omnia tempus!

Gloria carminibus non moritura nitet.
Donec erit phebus: dum pingent sidera celū:
Viuet hyanthei fama decusq chori.
Ad paulum
En iacet insulsi nunc fama sepulta libelli
Paule tui: cessas quid miserande mori?
Karolus aonij decus et noua fama triumphi
Te ridet: cessas quid miserande mori!
Te pueri digito monstrant/iuuenesq senesq
Exultant/cessas quid miserande mori!
Iam morere/et merito claudas mala fata veneno;
Vna salus miseris est perijsse semel.
De primo vere
Qui tyrios vexit spumosa per equora raptus!
Candida phebeis cornua iunxit equis.
Squalida fugit hyems: zephyri rediere secundi!
Sub trabe nectit opus nuncia veris auis.
Ridet ager/vestitur humus/vestitur et arbos!
Induit herbosum terra benigna caput.
Sic rutile nostro crescunt in pectore flamme!
Atq vrit pectus seua puella meum.
Nostra tamē maior flamma est: nā cornua tauri
Mense calēt: semper pectora nostra calent.
In inuidum
Laudat: amat/nostros miratrix turba libellos
Me q audet priscis annūerare viris

Liuidus en toruo spectat sacra carmina/ vultu:
Atq3 meis atro detrahit ore/ iocis.
Rumpere liuor edax: dictat mihi flauus apollo
Carmina laurigero non renuenda choro.
Rumpere liuor edax: gaudent liuore poete/
Inuidia nostrum surgit/ ad astra decus/

Ad karolum

Noscis quo fugiat? querat quas mato latebras?
Num petat eoas hesperias ve domos?
An rubei phlegethontis iter: vel climata celi
Qua patet astrifere lactea zona vie.
Omnia nãq3 potest/ deus est mato/ sed tamẽ audi?
Que querulus dixit ore tremente mato./
Me rota/ fortune/ me candida fama reliquit/
Sera quidem superis sed tamen ira manet.
Cepimus icarios ausus/ amisimus alas:
Altus eram/ lapsu nunc grauiore ruo.
Quo ferar infelix? me tellus/ me equora spernũt:
Astra micant nostro non violanda pede.
Me precor in nihilum tandẽ pia numina vertant/
Esse nihil malo quam grauis esse dolor.

De ignaro

Mens erat ingenti contexere bella cothurno:
Et iam mordaces deseruisse iocos.
Ecce ruit monstrum rabido liuore refertum/
Monstrum/ horrendum/ ingens/ exiciale/ ferox

Bella geram: fortl cingātur castra duello!
Sparsa lycambeo sanguine tela madent:
Trans mare/trans terras/trās vlteriora feremur/
Si poterunt nobis vlteriora dari.
Quid facis o demens/o nostri infamia secli?
Urbe quid in docta: quid miserande facis?
I pete (si pudor est) purgātia gramina stultos.
Una tuo capiti spes erit anticyra;

Ad dñm ambrosiū de cambray

Vel fuit ille sacer vates: vel magnus apollo!
Nomina qui tribuit ambrosiana tibi.
Ambrosius pascit celestia pectora succus:
Letatur dulci Juppiter ambrosia.
Dulcior ambrosia tu nectare dulcior omni!
Ambrosias vincis nectareas q̄ʒ dapes.
Viue diu felix: superans vl' Nestoris annos:
Sis cunctis dulci dulcior ambrosia;

In cenipetam

Que te tam mala mens/furor ve cogit!
Quid langues miser esuritione!
Bis sol occidua rotas pruina
Tinxit: delia bis opus peregit!
Nec potus fouet aut cibus palatum!
Domi cecropie madent oliue:
Ales phasidos: affricusq̄ʒ nidus:
Pigmeo volucris madens cruore! d iij

Nullꝰ: sumen: aper: columba. perdix!
Et langues / miser esuritione
Erras anxius inde et hinc per altos.
Colles / per fora: circulos: tabernas:
Si quis te vocet ad suam lagenam!
Iam nostro ambrosio es grauis misselle!
Prandeas semel vt domi precatur!
Hoc durum nimis et nimis molestum!
Et fame decies perire mauis!
Quid tanta precer esuritione?
Ad mensam iouis auream recumbas?

In malum poetam

Merdosis scribis quid carmina digna cloacis?
Carmina merdosis sepe referta notis.
Merdosi mores: merdosa thalia / poeta
Merdosus: merdas calliopea sapit.
Vix tria verba refers: merdas culosq; natesq;
Carminibus culus mentula merda sonant.
I pete merdaleas turpis scarabee cauernas!
Si tibi merdaleo nil nisi merda placet.

Ad franciscum

Num quid sit studiū / num quid frācisce cupido?
Qui mea sic reddat corpora sicca peris.
Non studiū: nō seuus amor mea pectora torquet
Que te paupertas me quoq; dira premit.

Ad camillam

Te colo te veneror: nũquid mea vulnera curas?
Vulnera non vati perpetienda pio.
Te donis dono: nunquid mea vulnera curas?
Vulnera mortali nõ pacienda viro.
Te modulis celebro! Nũquid mea vulnera curas?
Vulnera non fido perpetienda mihi.
Te fugiam! forsan quod non potuere camilla!
Carmina: dona: preces! id fuga nostra dabit.

Ad robertum ganguinum

Nox erat et pleno fulgebat cynthia cornu!
Curarum domitrix ceperat alta quies.
Cum mihi visus eram! dirceas scandere sedes:
Vel fuit: aut vacue somnia mentis erant:
Hic ego scripta dabã viridi resupinus in antro:
Mollia purpureus que mihi dictat amor:
Nam modo qui seuos intus contempserat ignes!
Illum felicem ter qꝫ quater qꝫ tuli
Nunc vaga acidalie mirabar castra diones.
Et nouus aligeri miles amoris eram.
Me modo fallacis terrebant uerba puelle!
Verba procelloso diripienda noto.
Sepe etiam domine viciis pacientia victa est!
Et duxi fracto libera colla iugo
Illa mihi impressit certantibus oscula linguis:
Que possent duri sistere tela iouis:
Ultro ego formose petii fera vincla puelle!

Ipse libens dominā seruitium q̄ʒ tuli.
Hec ego vel si quid miserum cogebit amantē:
Alternans letis cypris amaritiem.
Ecce venit scisso merens elegia capillo
Tum primū ē oculis cognita mesta meis.
Atqʒ ait o miles tenerorū lusor amorum!
Qui canis aligeri bella cruenta ducis.
Heu quod grata tibi malus abstulit ocia liuor!
Liuor edax letis qui macer esse solet.
Melliflui finxit te rodere carmina vatis
Gaguini! aonij gloria rara chori.]
Ipse puer quotiens gremio reptauit in isto!
Doctaq̄ʒ smyrneis ora rigauit aquis.
Tinge lycambeo liuentia tela cruore:
More fluentis eat liber iambus aque:
Donec liuor edax rebus q̄ʒ infestus opimis:
Exclamat flexo poplite: falsa tuli.
Dixit: et ethereis volitans se miscuit auris!
Irriguus liquit lumina fessa sopor!
At tibi qui geminos audes committere vates!
Ledeumqʒ putas dissociare genus:]
Sit labor eternus! sit tristis iners q̄ʒ senecta!
Perpetuusqʒ timor perpetuusq̄ʒ pudor.
Te mala cūcta premant! te torreat arida febris!]
Nec sit qui misero pocula ferre velit
Ergo ego dilectum potui spreuisse sodalem!

O mihi thesea semper amande fide

Ergo ego doctiloqui carpsissem carmina vatis!
  Carmina pieriis equiparanda sonis.
Iuro per horrende stagna intemerata paludis!
  Perque meum genium castalidumque choros.
Iuro per intacta natum de virgine christum!
  Iuro per etheree sidera clara domus.
Et coluisse tuas/laudasse et sepe camenas:
  Meoniaque illas equiparasse tuba.
Si fallo: tytii pascant mea membra volucres!
  Tantalus et liquidis stem sitibundus aquis
Terra prius fluctus: et pontus deseret vndas
  Astra polū/ voulcres ethera/ piscis aquas!
Quam subeant animo gaguini obliuia nostro:
  Mens habz vna duos/mens habitura duos.
Tu mihi sola fides/anime pars altera nostre!
  Altera lux/alter spiritus/alter ego.

De matone

Candida turba suum totiens nō clamat o syrin
  Quam cingit pingui nilus opacus aqua.
Congeminat menas sz rarius euchion heuhoe
  Thyrsigero celebrans orgia grata deo.
Nec puerū tam sepe vocat thirynthius heros!
  Ascanio clausit qui sua fata lacu;
Ut sonat eximiū lepidus liber iste matonem!
  Cecropio tinxit quem pia musa sale.

Margine nā pleno: tergoq; et fronte triūphat
Sepe mato: mato dic: sta mato: curre mato:
Plena ipso quondā fuerat lectica mathone!
Plena ipso sed nūc carta matone viget;

Ad cerulam Linum

Ambiciose tumes ter diuo nomine: nomen
Ignotum priscis cerule cesaribus.
Si cupis esse deus mēphitica templa requiras!
Et loca monstriferis prodigiosa deis.
Monstra colit gens dira! canem venerat anubin
Ille! soporiferum vel crocodillon amat.
Abstinet hic cepis: hyrcino hic sanguine gaudet!
Cunq; feris culta est torua leena lupis.
Ille vel accipitrem vel cercopitecon adorat!
Et sunt lanigeras qui venerentur oues.
Sic portenta colit varijs distincta figuris
Gens inimica viris! gens inimica deis.
Grande quidē monstrū es (nec duro cetera vultu
Perlege) nā monstrū cerule grande quidē es.
Omnia de nihilo facis: es deus/ et vaga celi
Signa/ geris/ capiti est luna nouella tuo.
Theologus/ vates/ cytharedus/ rhetor/ et augur/
Esse potes! cum sis ambitiose nihil.
Hydra ferax/ cacusq; tibi/ cedatq; prometheus/
Monstrū es monstrorū prodigiose line.
Ergo age: clausa petas septeno menia nilo!

Si qua fides fati est: cerule: numen eris;

Epitaphiũ ar dolaphi pini

Quod sua cuiq3 dies maneat! quod fama supsit:
Ardolaphi monstrat fama decusq3 ducis·
Quẽ uõ mille man⁹: poterãt nec mille phalanges!
Abstulit hunc cunctis mors adeunda viris.
Casside mars posita/posita luget egide pallas·
Quis credat? pinum tam breuis vrna tegit;

De glaucia

Dum properat pulchram precidere glaucia sextã!
Altera longa fuit/claudus et alter erat.
Lasciuũ dum tractat opus/pronusq3 laborat!
Labitur: et flexo poplice stare nequit
Fessus anhelabat: varias dum cogitat artes:
Auxilium dixit bartolus iste dabit
Suffulsitq3 pedem libro/quid queritis vltra?
Et sextam et librum glaucia supposuit;

Ad dominũ ambrosiũ de Cambray

Non rota fortune/non sidere fata maligno:
Fregerunt mentẽ vir generose tuam.
Jam cessit fortuna tibi/iam victa pudore!
Se facilem tanto prebuit illa viro.
Pelleum sileat iuuenem vaga fama/nec vllus
Laudibus in modicis Cesaris acta canat.
Cedit vterq3 tibi facile est superare volentem
Fortunam: aduersam vincere difficile est;

Ad dominū Guillermū de rupe forti

Si Guillerme meos contingas forte libellos
Pone supercilium.
Nō romana iuuat/ venetū non arma referre/
Liligerum ve ducem.
Mōstrū horrēdū/ informe/ ingēs/ cui lumē adēptū
Et bona cuncta simul Cest
Vipereo spargit phebeis prata cruore:
Thespiadumqꝫ lacus
Bella gero: et tumidū conor depellere monstrū/
Sis pater alme fauens.
Postmodo si qua malus permiserit ocia liuor/
Martia bella canam.
Interea vacuus curarum pondere: leta
Hec quoqꝫ fronte legas.
Este procul curij ten ues/ rigidiqꝫ Catones:
Musa iocosa mihi est.
Musa iocosa mihi est: sed sūt sine crimine mores/
Vitaqꝫ labe caret/

Finiunt epigrammata Hierony
mi Balbi Poete

Johannis Somerfelt sum

[illegible] desertos faciam
montes & colles · omne gramen eorum desic
cabo Ponam flumina in insulas · et stagna
arefaciam Et ducam cecos in viam quam

hostis angelorum castitas [illegible]
fue corp. ndis ... Et sui cur
incrabili christe ... dom

[illegible]
cuit cum scuntas iusticie et erudiunt
eum scientia et uiam prudentie ostēdit
illi. Ecce gentes quasi stilla situle et qua

Nicol. de Valle
1492
Mantuanus 1489
Pompon. Laetus 14
Valerius probus
Herm. Balb